

exactione pecuniae. Et dummodo illum dominum adeo facilem consideravi, quod contra iuramenta sua deo et ecclesiae ad onus pastorale facta et sanctorum canonum ultra alia pericula, ego per breve scriptum, allegando sibi canones aliquos . . . . . et ita recessi sub ea intentione, postquam obtinerem salvum conductum principum, quod vellem redire ad eum et coram eo dispicere de iure meo. Et sic misit post me capitaneum suum et rursus in Kunigisbrück iussit me detinere et adducere in Stolpen. Et fecit me deponere ad turrim ad foetidam cloacam, in qua iam iacui miserabiliter prostratus per XV septimanas . . . . . Interim intellexi per Johannem Zigelheym plebisanos meos et etiam Hynckonem Bireke absolutos esse ab episcopo de excommunicatione etc., quod utique papa non faceret, qui tamen plenitudinem habet potestatis —. Utique eo diutius in confusione totius ordinis clericalis detineor absque causa in tormentis, etiam ab illo, qui sub salute animae suae tenetur me protegere et manu tenere auctoritate sibi commissa per privilegium clericale —. Dominus episcopus Misnensis non contentus, quod sub poena privationis beneficiorum meorum paratus essem coram eo unicuique satisfacere, contra quod nunquam opposui me, sed offert me exactioni principis et ultra hoc non vult me dimittere de turri, nisi faciam principi cautionem fidei missionis, quod nunquam aliquem pro iure et iustitia mea et tanta crudelitate mihi illata iudicialiter impetere et omnino recedere [velim] ab privilegio clericali, quod utique non est personale sed pro toto clero tributum. Ergo ego per cautionem meam possum claudere manus papae et eum restringere a sua iurisdictione. Et iste est casus. Quare venerandi patres vos rogo propter deum et singulariter vos domine doctor, quatenus velitis pensitare factum, proinde singula pericula quae ecclesiae Misnensi et toto clero ex illo facto venire possunt, et vos interponere et bono modo factum terminare — nec imputetis mihi, qui tot et tanta scribo vobis exacta veritate et tribulatione compulsus. Si lapis ita offenderetur ipse potius clamaret O ve! — Domini doctores universitatis Lipsensis responsum dederunt domino Misnensi dummodo eos requisivit, quod Pilatus dedit Judaeis dummodo Christum de transgressione legis accusaverant, qui dixit: Accipite eum et secundum legem vestram ipsum iudicate etc. Dominus Misnensis sub salute animae suae tenetur me eripere de manibus saecularium, etiamsi mortem meruissem —. Interim qui iaceo prostratus in turri ego neminem possum requirere et petere. — Datum et scriptum in turri Stolpen per Johannem Boytitz in die Urbani.

Nach einer Abschrift von Ursinus dipl. Misn. I. 465 in der K. öffentl. Bibliothek zu Dresden aus dem liber Theodorici f. 536.

No. 1046. 1460. 3. Nov.

*Notariats-Instrument, nach welchem am genannten Tage zu Leipzig in loco solitae residentiae venerabilis viri et dom. Thiderici Buxstorp utr. iuris doctoris, facultatis iuridicae almae universitatis studii Lipzensis ordinarii die ehrwürdigen Herren Theodericus Sconenberch Probst zu Budensen und Johannes Pynnenberch Canonicus der Marienkirche zu Hamburg vor dem unterzeichneten Notar und Zeugen in Person erschienen und zunächst die Erklärung abgaben, dass der von ihnen in Rom abgeschlossene Vertrag (No. 1014) noch volle Gültigkeit habe und Dietrich hiernach sich verpflichte, dem Johann bis nächste Michaelis drei Beneficien in der Mainzer oder Magde-*